

Observationum de numeralibus Graecis specimen alterum*).

§. 1.

Latino numerali unus, una, unum in Graeco sermone respondet *εἷς*, *μία*, *έν*, quae forma sola ab Atticis usurpatur. Ex magna exemplorum copia loci Aeschylei mentionem injecisse sufficiat Sept. 665: *μόνον γὰρ κέρδος έν τεθνηκόσιν*, ubi nonnulli libri manuscripti pro *έν* praepositionem habent *έν*, nimirum ad supervacaneam notionis numeralis geminationem evitandam; Hermannus quoque scribendum censuit *έν τεθνηκόσιν*, ita ut vertendum sit: solum enim apud inferos i. e. in morte lucrum est. Apud Sophoclem Oed. R. 62: *τό μὲν γὰρ ύμῶν ἄλλος εἷς έν ἔρχεται μόνον καὶ αὐτόν* Elmslejus quidem, similitudine verborum Sophocleorum *εἷς άπλοῦν φέρειν* inductus, *έν* correxit, sed Ellendtius jure priorem scriptionem restituendam esse censet. — De origine hujus numeralis mirifice argutatur grammaticus EM. p. 305: *τό εἷς δὲ γίνεται παρὰ τὴν εἶσιν καὶ ἄφαισιν, ὁ ἀπολελυμένος καὶ μεμονωμένος*, et: *γίνεται καὶ παρὰ τὸ εὖ τὸ ἐπάρχω ὁ εἷς*, neque operae est pretium, haec et ejus generis alia grammaticorum inventa refutare. De spiritu aspero cf. EM. p. 304, 50: *εἷς διὰ τί δασύνεται; τὸ εἰ τῶν ἀριθμῶν δασύνεται*. Sine dubio *εἷς* ex obsoleto quodam nominativo *ένς* per commutationem Graecis consuetam literae *ν* in *ι* ante *σ* est exortum (cf. *πάθω*, *πένθω*, *πείσομαι*; *μείς*, *μήν*, mensis), et recte Doederlinus ipsam illam formam *ένς* ab *ένος* per syncopen et aspirationem ducendam esse opinatur. Homerus et ceteri epici eadem hac utuntur vocabuli forma, velut Il. 13, 260: *δούρατα καὶ έν καὶ εἰχοσι δήεις*, ubi, ne quid obscuri et ancipitis resideat, numeralia virgula distingui jubet scholiasta Ambrosianus. Cf. Spitzner ad h. l. *εἷς* pro *εἷς* semel apud Hesiodum legitur. Sed aliam quoque formam *ίος*, *ία*, *ιον* Homeri temporibus adhuc in usu fuisse, ex his exemplis apparet: *οὐδ' ἴα γῆρας* Il. 4, 437; *ἴα πάτη* Il. 13, 354; *ἴα ψυχή* Il. 21, 569. De hac forma disserit grammaticus EM. p. 305: *τῶν δύο κανόνων μαχομένων, τοῦ μὲν ἐνὸς ἀπαιτοῦντος ὁμοφωνεῖν τῷ ἀρσενικῷ, τοῦ δὲ κατὰ παρασχηματισμὸν, ἔχοντος ἑσῶα, ἀπέλειπε τὸ θηλυκὸν καὶ ἐγένετο ὡς ἀπὸ τοῦ ἰος ἀρσενικοῦ, σημαίνοντος τὸν μόνον, τὸ θηλυκὸν ἴα καὶ πλειονασμῷ τοῦ μ μία*, et ibid.

*) Priorem harum quaestionum particulam edidi in Progymnasii Spandoviensis programme 1858.

p. 573, 39: *πλεονάζει δὲ τὸ μ ἐν πολλαῖς λέξεσιν, ὡς ἐν τῷ μία*. Cum illo pleonasmo literae *μ* Doederlinus antea haud inepte comparavit eo, meo: *ὄλαι* mola, et in glossario Homérico III., 2078 *μία* eodem modo ex *ἴα* ortum esse dicit, atque epicum pronomen *μιν* ex Aeolica forma *ἴν*, quam Hesychius affert. Ex defectivo numerali *ἴος* per prothesin literae *ο* ortum esse videtur *οἴος*, unde haud scio an deducendum sit latinum unus, pro quo antiquiores Romanos oenus sripsisse e vetere quadam inscriptione sepulchrali notissimum est. Cf. EM. 618, 42: *οἴος ὁ μόνος, καὶ οἴη ἡ μόνη· παρὰ τὸ ἴος ὃ σημαίνει τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο οἴος*. Eandem diphthongi *οι* in *υ* commutationem (*οἴος* unus, *οἴνη* unio) animadvertimus in *ποινή*, poena, punio; moenia, munire etc.

Gen. *ἑνός, μιᾶς, ἐνός*. Apud Homerum legitur *μιῆς* Il. 15, 416, et *ἰῆς*: *ἰῆς ἐκ νη-δύος* Il. 24, 496. *τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε* Il. 16, 173, ubi Doederlinus recte *ἰῆς* non pro *πρώτης* usurpatum esse disputat. Similiter apud Aristophanem Ran. 121: *μία μὲν ἐστὶν ἀπὸ κάλω* Beckerus e codice quodam scripturam affert *ἡ μία μὲν*. De genitivi forma atque accentu cf. EM. 304, 50 et 305.

Dativus *ἐνί, μιᾷ, ἐνί*. *Κρατῖνος ἀεὶ πεκαυμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ* Aristoph. Acharn. 814. Haec duo verba *μία μάχαιρα* paulatim in unam notionem coaluerunt et certam quandam acceperunt significationem. Hesychius: *μιᾷ μαχαίρᾳ*· (sic enim apud eum scribendum esse pro *μιαί μαχαιραι*, quae est antiquior scribendi ratio, multi jam animadverterunt) *τὴν λεγομένην κῆπον κορυδὴν μιᾷ μαχαίρᾳ ἐκείραντο*. Cf. idem s. v. *κῆπος* et Pollux 2, 32. — Apud Homerum legitur dativus *ἰῶ* Il. 6, 422: *ἰῶ χίον ἤματι Ἄιδος εἶσω*, quod tanquam *ἑπᾶς ἐρημένον* notat Spitznerus; cetera enim, quae Seberus in indice Homérico p. 290 hujus dativi affert exempla, prorsus falsa sunt. Femininum *ἰῇ* Il. 11, 174; 18, 251; 22, 477. *μιῇ* apud Homerum non inveni, sed ter apud Apollonium Rhodium 1, 149; 342; 497. —

Accusativus *ένα, μίαν, ἐν* etiam Homero valde est frequentatus. Semel apud eum legitur *ἴαν* Od. 14, 435.

Homerus saepissime *εἰς οἴος, μία οἴη* conjungit; uno tantum loco *μία μούνη*: *καὶ ἀμφίπολος μία μούνη* Od. 23, 227. Apud Atticos haud raro *εἰς* pleonastice cum *μόνος* conjunctum reperitur; cf. EM. 590, 22: *μόνος σημαίνει τὸ μοναδικόν, ὡς ὅταν λέγωμεν· ἕνα θεὸν μόνον*. Vocabulum *μόνος* ipsum quidem ad numeralia non pertinet, tamen interdum pro *εἰς* positum esse videtur. *λαβεῖν ὀβολὸν μόνον* Arist. Eccles. 302. *χοίνικος μόνος ἄλων*. Arist. Acharn. 779. *τάδ' ἐκ δυοῖν ἐξήσῳγεν, οὐ μόνον, κατὰ* Soph. Oed. R. 1280. Cf. apud Hesychium: *μόνον· τὸ ἐν*.

οὐδέις et *μηδεῖς* e duabus vocibus *οὐδὲ εἰς, μηδὲ εἰς* sensim in unam vocem coaluerunt, sed vocabula illa non antiquissimis solum temporibus, verum etiam postea saepissime separatim scribebantur et plerumque tum certiore et graviorem accipiunt notionem: Ar. Ran. 925; Lysistr. 1044, ubi vulgata scriptura *οὐδὲν* jam a Brunckio jure rejecta est; Plut. 37, 138, 1115, 1182. Ante Aristophanis tempora *οὐδὲ εἰς* non videtur separatim scriptum esse, nisi vocabulo quodam intercedente; apud Euripidem enim Alcest. 687: *οὐδέις βούλεται θνήσκειν* Porsonus sine causa, ut videtur, emendavit *οὐδ' εἰς*. Frequenter legitur *οὐδ' ἂν εἰς, μηδ' ἂν εἰς*: Ar. Plut. 137. Equit. 571. Vesp. 72. Soph. Trach. 1040; Antig. 872; Oed. Col. 1648; Oed. R. 281, ubi *οὐδ' ἂν εἰς* scribendum censent Koenius ad Greg. Cor. p. 23 Heathiusque. Duo Brunckiani codices consentiunt; nonnulli alii *οὐδέις δύναντ' ἂν*, codex Trin. *οὐδέις δύναντ'* habet, sed particula *ἂν* supra scripta. Si vero Porsonus inde, quod saepe particula *ἂν* interponitur, colligit, Atticam scribendi rationem fuisse *οὐδ' εἰς, οὐδ'*

ἐν pro οὐδέις, οὐδέν, et circa Aristophanis tempora etiam οὐδὲ εἰς, μηδὲ εἰς, valde dubito num vir doctissimus satis firmis nitatur argumentis: sed ejus modi sententiam in lucem edere mihi aequae facile videtur, ac refutare difficile, quum codices, qui certe permultis locis οὐδέις, μηδέις sine ulla dissensione exhibent, in hac causa nihil valeant. Unius denique Aristophanis loci hic mentionem faciam Eccles. 153: νῦν δ' οὐκ ἐάσω, κατὰ γὰρ τὴν ἐμὴν, μίαν ἐν τοῖσι καπηλείοις λάκκους ἐμποιεῖν ὕδατος, quem nonnulli interpretes ita illustraverunt, ut οὐ μίαν dictum esse censerent pro οὐδεμίαν. Etiam Bastius ad Greg. Cor. in Att. §. 16 οὐχ εἰς, οὐχ ἐν saepissime pro οὐδέις, οὐδέν usurpari affirmat, et Schaeferus in adnot. ad eundem Gregorii locum comparat Apollonii Rhodii verba 4, 498: ἔλπομαι οὐχ ἓνα μῦθον τοὺς πέισμεν, ubi Stephanus quidem scribit οὐδένα, sed Brunckius e sex codicibus corrigit οὐχ ἓνα. Dindorfius vero ad Arist. l. c. hanc dicendi rationem pro illicita habet atque soloecca, et corrigit κατὰ γὰρ τὴν ἐμὴν μίαν.

Neutrum οὐδέν et μηδέν adjectivorum in modum saepe cum substantivis omnium generum conjungitur, eadem paene significatione, qua Homerus usurpat οὐτιδανός: πρὸς τὸν οὐδέν εἰς μάχην Eur. Phoen. 601, ubi Valkenaerius recte adnotat, scriptionem οὐδέν' haudquaquam idem valere, Graece enim dici ὁ οὐδέν ὢν εἰς μάχην, non item ὁ οὐδέις ὢν εἰς μάχην. Sic apud Sophoclem Aj. 1231, ubi nonnulli codices et Suidas τοῦ μηδενός habent, rectius scribendum esse videtur: ὅτ' οὐδέν ὢν τοῦ μηδέν ἀντίστοιχος ἔπαρξ; et Oed. Col. 571: ξένον οὐδέν ὄντα Hermannus pro οὐδέν neutrum οὐδέν recte substituit. Cf. τὸ μηδέν ὄντας ἐξήρυσσας Soph. Aj. 1254, quod Ellendtius recte vertit: „ad incitas redactos“. Pro neutro οὐδέν et μηδέν etiam masculinum οὐδέις et μηδέις plane eadem significatione usurpatur: καὶ ἴσον τῷ μηδενί. Soph. Oed. Col. 922. καὶ πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί Oed. R. 1019, quod Ellendtius recte interpretatur: τῷ μὴ φύσαντι sc. μηδενί ὄντι κατὰ γὰρ τὸ φύσαι, qui quidem, quod ad generationem, nullus est h. e. non genuit. τὸν οὐχ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα Soph. Antig. 1307, quod Matthiae (gramm. II. p. 817) interpretatur „qui potius exstinctus sum, quam nullo numero habendus“, sed rectius Ellendtius vertit: „qui magis periit, quam qui nullus est“ h. e. qui maxime omnium periit. ὃ νῦν μὲν οὐδέις, αὐτοῖον δ' ἐπεριέλας Aristoph. Equit. 158. Si οὐδέις et μηδέις tali modo adjective ponitur, etiam pluralis interdum in usu est, velut: οὐ γὰρ ἤξιον τοὺς μηδένες Soph. Aj. 1114. ὄντες οὐδένες Eur. Androm. 701. τοὺς οὐδένες Eur. Iph. Aul. 371. Genitivus οὐδένων legitur Eur. Ion 594, cujus de accentu cf. EM. p. 709, 56. — οὐδέν et μηδέν frequenter adverbii loco usurpantur pro simplici οὐ et μή, quem usum Hesychius quoque commemorat: οὐδέν ἀντὶ τοῦ οὐ. Albertius in adnotatione ad hunc locum ex Aristophanis Nabibus affert 538 (530 in Bekkeri editione): ἦτις πρῶτα μὲν οὐδέν ἦλθε βραφάμενη σκόντινον, ubi scholia: παρέλκει τὸ δέν. θέλει δὲ εἰπεῖν οὐκ ἦλθε συνήθως. Sed haud scio an hic οὐδέν tanquam adjectivum cum σκόντινον debeat conjungi — Apud Homerum nominativus οὐδέις et μηδέις, οὐδεμία et μηδεμία, quantum ego scio, non legitur; neutrum οὐδέν et μηδέν Homerus quoque adverbiali sensu usurpat pro οὐ sive οὐδαμῶς, sed etiam adjective et substantive. Dativus οὐδενί legitur Il. 22, 469; genitivus οὐδενός tantummodo in adjectivo composito οὐδενόσωρος: τίχια ἀβλήχρ', οὐδενόσωρα Il. 8, 178, de quo cf. EM. 639, 35: οὐδενόσωρα· τὰ οὐδὲ μίαν προντίδος ἄξια. ὕψην δὲ κατὰ σύνθεσιν. οὐδέις et μηδέις re vera a numerali εἰς ducta esse, non solum e femininis οὐδεμία et μηδεμία et e scriptura separata οὐδὲ εἰς perspicue apparet, verum etiam e posteriorum Atticorum scribendi ratione οὐδεῖς et μηδεῖς. Tamen grammaticus EM. 304, 50 tali modo disputat: δεῖς δένος, ὅπερ ἰσοδυναμοῦται τῷ τις. ὅπερ μετὰ τοῦ οὐ οὐδέις, οὐδένος. καὶ μετὰ τοῦ μή μηδέις. et 639, 16: ἰστέον ὅτι τὸ οὐδέις, ὅτε ἰσοδυναμεῖ τῷ ὅστις, δύο μέρη λόγου εἶσι, τὸ τε οὐ καὶ τὸ δεῖς. Eodem loco grammaticus neutrius δέν exemplum affert

ex Alcaei carminibus: καὶ δὲν ἐκ δένος γένοντο. Quae scriptura si recte se habet, vocabulum δει: sine dubio cum pronomine indefinito ὅ, ἥ, τὸ δεῖνα arctissimo cohaeret cognationis vinculo.

A numerali εἰς ductum videtur adverbium ἐνῆ: ἥδη πεπράσβευκας σὺ πολὺς ὢν ἐνῆ; Aristoph. Acharn. 585, quod a nullo adhuc interprete satis clare explicatum est. Suidas: ἐνῆ· Ἀττικοὶ τὸ ἐν. τὸ δὲ ἡ περιττόν εἶδον, ὡς τὸ ληρεῖς ἔχων· περιττεῖται τὸ ἔχων. οἱ δὲ λείπουν φασὶ τὸ δόο. ἐρωτῶν δὲ λέγει ἐν ἡ δόο. Eadem profert scholiasta. Cui interpretationi assentiuntur omnes editiones pristinae, ubi legitur ἐν ἡ per ellipsin numeralis δόο. Brunckius librorum culpa excidisse putat negationem οὐκ, quae cum ἡ in unam syllabam coaluerit. Reiskius scribendum arbitratur ἐνῆν sc. πρεσβεῖαν conjicitque, veteres dixisse ἐνός, ἐνῆ, ἐνον pro εἰς, μία, ἐν. Elmslejus ἐνῆ idem esse dicit atque ἦν vel ἡν i. q. ἰδοῦ. Hoepfnerus ex conjectura edidit πολὺς ὢν ἐν. Denique Hermannus et Dindorfius interpretantur „perendie“, et ille ad Vig. p. 840 Aristophanis locum sic vertit: jamne legati munere functus tu, qui perendie canus eris? Ego in tanta virorum doctissimorum dissensione certi aliquid statuere neque audeo neque valeo: sed ἐνῆ mihi idem videtur significare atque ἀπαξ, quodque ad formam attinet, dativo obsoleti cujusdam feminini ἐνῆ pro μία est simillimum. Ceteroquin Hermannii sententia sane ingeniosa est et haudquaquam prorsus rejicienda.

A numerali εἰς non ad similitudinem ceterorum adverbiorum numeralium ducitur ἐνάκις, sed ἀπαξ eadem ratione usurpatur atque latinum semel. Litera α proxime accedere videtur ad α illud, quod grammatici vocant ἀθροιστικόν et de quo Lobeckius (de prothesi et aphaeresi literae α) planam et definitam affert grammaticorum praescriptionem: τὸ α τὸ ἀθροιστικόν διασύνεται. Illud α copulativum in adverbio ἄμα perspicue apparet et haud scio an ἄμα et ἀπαξ eadem inter se conjuncta sint cognatione, atque in latino sermone simul et semel. Certe Hesychius Cretenses pro ἀπαξ ἀνάκις usurpasse testatur, quod sine dubio a ἄμα est ductum. Sed illud α, si fallor, ex ipso numerali εἰς exortum est: fere omnibus enim in vocibus, quae cum εἰς cohaerent, invenitur, etiam in adjectivo multiplicativo ἀπλούς. EM. p. 123: α σημαίνει τὸ ἐν. De vocabuli ἀπαξ accentu disputatur EM. 781, 46: τὰ εἰς ἔχοντα ἐπιρρήματα ὁρίζεται, εὐράξ, ἐναλλάξ, ἀπρίξ, πρίξ· χωρὶς εἰ μὴ παρὰ προθέσεως γίνεται διὰ τὸ περίξ, τὸ παρῆξ, ὅτε ὁρίζεται, οὐ φασὶν εἶναι ἐπιρρημα, ἀλλὰ δύο προθέσεις· σεσημειώται τὸ ἀπαξ. De vocabulo composito εἰςἀπαξ cf. Vigerus de idiotimis 9, 2, 14 cum Hermannii adnotatione: καθάπαξ legitur Hom. Od. 21, 349, ubi Eustathius: τὸ δὲ καθάπαξ ἀντὶ τοῦ· εἰς τὸ παντελές.

Adjectivum multiplicativum ἀπλούς in EM. 123, 1 a verbo πέλω ducitur παρὰ τὸ α τὸ σημαίνει τὸ ἐν καὶ τὸ πέλω τὸ σημαίνει τὸ ὑπάρχω γίνεται ἀπλούς, τὸ ἐν ὑπάρχον. α σημαίνει τὸ ἐν καὶ τὸ πέλω ἀπλούς· καὶ συγκοπῇ ἀπλούς ὁ πέλων εἰς. Mihi videntur potius terminationes πλος et πλασις, quibus notio inest multiplicativa, cum πλέων, πλείων cohaerere, praesertim cum non plane intelligi possit, quemadmodum ex ἀπλός per syncopen oriri debeat ἀπλούς. Ducitur inde ἀπληγίς· ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιοῦν. Aristoph. Ἀνάκτορος fragm. 18. EM. 123, 14: ἀπληγίς· τὸ ἀπλόν ἡμέτιον· ὅπερ Ὅμηρος ἀπλοῖδα καλεῖ· παρὰ τὸ ἀπλὴ ἀπληγίς καὶ ἀπληγίς. Hesychius affert vocem ἀπληγίς· σύμμετρος χλαῖνα, οὐ δυναμένη διπλωθῆναι, ubi jam Heinsius correxit ἀπληγίς, quod etiam apud Pollucem 7, 47 et apud Suidam legitur cum interpretatione: ἡματιδίων σύμμετρον. Contrarium est διπληγίς, quod Pollux affert. Alia hujus nominis forma est ἀπλοῖς (ἡματιδίων μικρόν Hesych), quae legitur apud Homerum Od. 24, 276. ll. 24, 230, ubi Eustathius: αἱ δὲ ἀπλοῖδες χλαῖναι πρὸς διαστολὴν ὑτέρων μὴ τοιούτων ἐρρήθησαν, ὅποια πάντως αἱ διπλοῖδες.

In transcurso denique commemorem homericum adverbium ἀμόθεν Od. 1, 10, de quo Eustathius haec dicit: ἀμός λέγεται ὁ εἰς ἡ ὁ τις, Ἰωνικῶς εἶτε καὶ Δωρικῶς. ἐξ οὗ ἀμόθεν μὲν τὸ ποθεν καὶ ἀπό τινος ἐνός. Ab illa forma ἀμός, quae dialecti cujusdam erat propria pro εἰς, Eustathius recte etiam οὐδὰμός, οὐδὰμού et id genus alia derivat.

Graecum numerale *δύο* a Latinis in ipsorum sermonem receptum est ejusdemque stirpis esse videtur cum nostro vernaculo *zwei*, cujus obsoleta hodie perraro modo usurpatur forma *zwo*. De hujus vocabuli origine cf. Zanderi dissertatio de vocabuli *δύο* usu Homérico Hesiodo et Attico p. 17—19; qui quum in hoc libello sententiam Richardi Dawesii, formam *δύο* Atticorum sermoni prorsus esse abjudicandam, e soluti sermonis Attici scriptoribus refutare studuerit, sub exitum anni 1845 dissertationem alteram de vocabulo *δύο* in publicum edidit, ubi poetas scenicos in idem agit discrimen omniaque e tragicis et Aristophane religiose collegit exempla. Idem quum etiam de duali et plurali hujus numeralis constructione et de metri difficultatibus copiose egerit, me hac disquisitione supersedere posse opinor. Sine dubio *δύο* antiquior est forma, id quod Matthiae quoque affirmat, quum *δύο* pro antiquo duali obsoleto cujusdam vocabuli *δύος* habeat. Similem opinionem grammaticus profert EM. 289, 30: *δύο κοινῶς μὲν γὰρ διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἀττικῶς δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου· καὶ ποῖον ἐστὶν ἀναλογώτερον; τὸ διὰ τοῦ ω μεγάλου.* ἐμαρθόμεν γάρ, ὅτι τρία ἐστὶ στοιχεῖα τῶν δυάων α, ε, ω. In Atticorum scriptis haec forma, quae antea quidem saepissime etiam metro refragante ponebatur, a recentioribus omnibus paene locis mutata est in *δύο*, cf. Brunck ad Ar. Nub. 475. Plut. 441. Ran. 140. Sed Dawesii sententiae jam Fischerus animadv. ad Velleri gramm. II. p. 155 seq. repugnat, Eustathii quodam loci nisus, cf. Dindorf ad Ar. Plut. 441. Et re vera videtur nunc quidem antiqua scriptura *δύο* etiam Atticis multis locis restituenda esse, quamquam *δύο* ab ipsis semper praelatum esse negari nunquam poterit, id quod e frequentissima ultimae vocalis elisione per apostrophum et ex crebra consensione optimorum librorum manuscriptorum facile concluditur. Genitivus et dativus hujus numeralis est *δυοῖν*. Ex magno exemplorum numero commemorem modo Soph. Oed. R. 1280: *τὰδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγεν*, ubi Elmslejus: „*δυοῖν* recte codices plerique: *δυεῖν* hoc uno in loco apud Nostrum dedit Aldus.“ Unus liber hoc loco *δυοῖν* habet, quod alioquin apud tragicos non legitur. Oed. R. 640 Elmslejus sic exhibet: *τοῖνδ' ἀποκρίνας κακῶν*. Pro *τοῖνδ'* hic *δυοῖν* habent scholia et Suidas s. v. *δυοῖν*, ubi hic versus affertur. Ut vehemens illa synzesis vocabuli *δυοῖν* in unam syllabam evitetur, Reisigius *τοῖν δυοῖν κρύνας* conjecit. Sed Ellendtius in lexico Sophocleo I. p. 453 et Buttmannus in gramm. I. p. 110 hanc synzesis non improbant et *δυοῖν* in illo versu paene pronuntiatum esse statuunt ut *dwoin*. his assentitur Zanderus in dissert. altera p. 11. Omnia vocabuli *δυοῖν* exempla perlustranti facile apparebit, ut nominativum *δύο*, sic etiam genitivum et dativum *δυοῖν*, quamquam et propter notionem et propter speciem inter nomina dualia sit numerandum, tamen haud raro cum substantivo vel adjectivo pluralis numeri conjungi, id quod haudquaquam a vulgari Graecorum consuetudine abhorret, qui pluralem et dualem numerum saepenumero inter se confundunt et pro arctiore numeri binarii notione multo latius patentem illamque priorem in se continentem pluralitatis notionem substituunt. Illos, qui *δύο* tantum, non *δυοῖν* cum plurali copulari posse confirmant, redarguunt Lange et Pinzger ad Aesch. Pers. 675. Apud Sophoclem *δυοῖν* semper cum duali est junctum, et in Ajacis modo v. 1304 pro *ἀριστέων δυοῖν* altera scriptura exstat *ἀριστέων δυοῖν*, quam, si plures haberet testes, locum obtinere posse recte affirmat Lobeckius. Pro genitivo *δυοῖν* interdum reperitur *δυεῖν*, quod a grammaticis inter Atticas formas refertur. Phrynichus (ed. Lobeck) pag. 210: *δυεῖν· ἐπὶ γὰρ μόνῃς γενικῇς τίθεται, οὐχὶ δὲ δοτικῇς*. Schol. ad Eur. Hec. 45: *δυοῖν καὶ δυεῖν γράφεται, δυοῖν ἐπὶ γενικῇς καὶ δοτικῇς, δυεῖν δὲ ἐπὶ γενικῇς*. EM. 289, 40: *ἀπὸ τοῦ δὴ δυοῖν. λέγεται καὶ δυεῖν προπῇ τοῦ ο εἰς ε*. Apud Aristophanem uno tantum loco Equit. 318: *μεῖζον ἢν δυοῖν δογμαῖν* unus liber praebet *δυεῖν*. Ex Aeschyli tragoediis Fischer ad Vell. II. p. 159 affert Prom.

777: *δοεῖν λόγον σε θάτερον δωρήσονται* et 866: *δοεῖν δὲ θάτερον βουλήσεται*, quod Wellauerus postea correxit, quia plurimi codices in *δυοῖν* consentiunt. Apud Euripidem *δυεῖν* legitur pro genitivo *δυοῖν* Hel. 652; Electr. 95, 531, 649. Seidlerus ad Eur. El. 95 sic disputat: „atticum *δυεῖν* haud dubie praestat, frequentissimum illud in graeca tragoedia et fortasse ubique reponendum.“ Apud Eur. Hec. 45 Hermannus pro *δυοῖν* scribit *δυεῖν* adnotatque: „Libri *δυοῖν*. Quod in Atticam formam mutavimus.“ Idem etiam Eur. Suppl. 33 pro *δυοῖν* scribendum censet *δυεῖν*. Sed Seidleri opinioni Apitzius ad Soph. Trach. 923 recte dicit refragari librorum auctoritatem, qui ubique fere *δυοῖν* exhibent, raro *δυεῖν*, idque nonnisi altera scriptura *δυεῖν* intercedente, Cf. Elmsley ad Eurip. Med. 1256. Valde igitur videtur dubitandum, num poetis Atticis hujus genitivi *δυεῖν* usus adjudicandus sit; Seidleri certe opinio admodum imbecillis nititur fulmentis et mihi quidem haudquaquam recte se habere videtur. — Reliquum est, ut Aeschylei cujusdam loci mentionem faciam: *ἰδὼν δύο λήμασι δισσοῦς Ἀτρεΐδας μαχίμους* Agam. 118, ubi *δύο*, tanquam prorsus sit indeclinabile, cum dativo *λήμασι* junctum est pro *δυσὲν λήμασιν*. Canterus correxit **λήμασι δισσοῖς*; Lobeckius olim in Ajacis Sophoclei priore editione p. 139 eleganter conjecit *λήμασι πιστούς*, in altera autem editione hanc conjecturam se omissurum esse dicit, si quis *δισσοῦς* pro diversus dici posse demonstret. Etiam Hermannus, si *δισσοῦς* verum est, non geminos, sed diversos significare ait; sed fortasse legendum opinatur *δύο λήματα, δισσοῦς Ἀτρεΐδας*, ita ut substantivum *λήμα* de ipsa persona accipiendum sit. — Apud Euripidem Herc. fur. 800: *ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς εὐνάι* conjungendum esse videtur *δύο εὐνάι*, non *δύο λέκτρων* propter similitum locorum apud eundem certe scriptorem defectum. Sed apud Xenoph. Anab. 2, 2, 12 Poppo et Dindorfius pro *δυσὲν ἢ τριῶν ἡμερῶν* restituerunt *δύο*, perperam, ni fallor; haudquaquam enim constat, hoc nomen saepe indeclinabile esse.

Ab Homero utraque forma *δύο* et *δύω* promiscue secundum metri rationem in nominativo et accusativo usurpatur; in dativo et genitivo ter modo legitur Il. 10, 253; 13, 407. Od. 10, 515. Sed frequentissime Homerus pro *δύο* usurpat *δοῖς*, de quo cf. EM. p. 289, 27: *δύο γράφεται καὶ ψιλῶ καὶ διφθόγγῳ· ὅταν βαρύνεται, γράφεται διὰ τοῦ υ ψιλῶ· ὅτε δὲ ῥέγνεται, διὰ τῆς οἱ διφθόγγου*. Et paulo post: *ἐκ τοῦ δύο διὰ τοῦ υ ψιλῶ γίνεται δοῖς κατὰ διδλεκτον, πλεονασμῷ τοῦ ο καὶ τροπῇ τοῦ υ εἰς ι*. Alius, quam grammaticus in medium profert, originationis: *δοῖω ὄνομα· ἡ εὐθεία τῶν ἐνικῶν δοῖς, γίνεται δὲ ἐκ τοῦ δέω τὸ δεσμεύω δοῖς καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι δοῖς*, mentionem fecisse suffecerit. Apud Homerum *δοῖς* et in duali et in plurali reperitur, sed nusquam legitur genitivus *δοῖσιν*, *δοῖων*. De adverbiali quodam usu formae *δοῖά* Od. 2, 46 cf. Eustath. p. 79, 26.

δεύτερος plerumque prorsus numeralem obtinet significationem, usurpatur vero etiam metonymice, velut Il. 23, 248 et 498. Adverbialiter usurpatur *δεύτερον* et τὸ *δεύτερον*; apud Homerum *δεύτερον* plerumque ἐκ παραλλήλου cum adverbiiis synonymis, velut *ᾧτις*, *ᾧ* conjungitur. Semel apud eum neutrum plurale *δεύτερα* adverbii loco reperitur usurpatum Il. 23, 538, ubi cf. Spitzneri adnotamentum. Adverbium *δευτέρως* ab Atticistis non injuria repudiatur. Sic etiam apud Aristoph. Lysistr. 316: *τὴν λαμπάδα θ' ἡμένην ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσέλας* Brunckius metri causa scribendum censuit *πρῶτως*. Sed Lobeck ad Phryn. p. 312 hujus adverbii usum Aristophani abjudicat, quamobrem non possum, quin Reisigii emendationem pro vera habeam: *ὅπως πρῶτων ἐμοὶ προσέλας*. — *δεύτερος* unde sit ductum, diversae sunt grammaticorum opiniones. Nonnulli a *δέω*, *δέομαι* ortum esse arbitrantur, pro quo *δεύομαι* (*ἐπιδεύης* pro *ἐπιδεῖς* etc.) apud antiquiores scriptores, praecipue apud epicos, haud raro invenitur. EM. 259, 15: *δεύτερος· ὄνομα ἀρσενικόν, εἶδος παραγωγῶν, γίνεται παρὰ τὸ δέω τὸ λείπω, ὁ λειπόμενος τοῦ πρώτου, ἢ παρὰ τὸ συνδεῖσθαι ἐτέρῳ ἀριθμῷ*. Hac cum originatione plane congruere videtur latina analogia: secundus enim sine dubio a sequi ducendum est. Prae-

terea eo haec etymologia videtur confirmari, quod apud epicōs δεύτατος i. q. ὕστατος invenitur, quod vocabulum a numeri binarii notione longe abhorret, Il. 19, 51; Od. 23, 342; 1, 286, ubi Eustathius: γίνεται δὲ τὸ δεύτατος ἀπὸ τοῦ δεῦν τὸ ἐλλείπειν. ἐξ οὗ συγκριτικὸν δεύτερος ὁ ἐλλιπέστερος καὶ ὑπερθετικὸν δεύτατος ὁ ἐλλιπέστατος. Aliam etymologiam profert Buttmanus in gramm. p. 280. Ut a γλυκὺς γλεῦκος, sic a δύο δευτός ductum et hanc formam obsoletam per significationis quandam similitudinem cum notione com aratorum sensim in δεύτερος commutatam esse dicit. Vocabulum δεύτατος artificiose sane Buttmanus sic interpretatur: illam dyadis notionem, quae praecipue in terminatione τερος contineatur, sensim in ipsa vocis stirpe neglectam esse, ita ut nemo hanc stirpem etiam cum superlativi terminatione connectere dubitaret. Mihi quidem neutra etymologia prorsus recte videtur se habere, neque intelligo, quomodo in vocabulo illo δευτός litera τ sit explicanda. Sed opinor, cum stirpe δύο connexam esse terminationem correlativam τερος, ut in πρότερος a stirpe πρό, tum vero vocalem υ in εὑ commutatam esse, sicut in γλυκὺς γλεῦκος. δεύτατος per meram paragogen e δύο exortum esse videtur, sed paulatim propter superlativorum similitudinem in significationem „ultimus, ὕστατος“ irrepsit. Ceterum Buttmanus δεύτατος tantummodo apud epicōs reperiri recte affirmat. Legitur quidem semel apud Pindarum Ol. 1, 50, sed corrigitur varie.

A δύο ad exemplum vocabulorum πεντάκις, ἐξάκις etc. duci debebat δυνάκις, sicut a τρεῖς τριάκις, quae quidem vocabula exstitisse testatur Scholiasta Dionysii Thracis in Bekkeri Anecd. III., p. 942: τὸ δυνάκις καὶ τριάκις παρὰ Ἀριστοφάνει. Bergkii affert inter incertarum fabularum fragmenta Nr. 160. In communi usu est δις, quod apud Homerum semel modo legitur Od. 9, 491. De origine vocabulorum δις et τρεῖς sic disputatur EM. 279, 7: δις καὶ τρεῖς ἀπὸ τοῦ δυνάκις καὶ τριάκις ἄρον τὸ α καὶ τὸ κ, καὶ κατὰ συνίτησιν δις καὶ τρεῖς, et 405, 31: τὸ δις καὶ τρεῖς ἀπὸ τοῦ δυνάκις καὶ τριάκις συγκαπῆ. Etiam Buttmanus δις ex obsoleta quadam forma δυῖς exortum esse putat, unde literam υ per elisionem remotam esse verisimile est. — Ab adverbio δις aliud adverbium numerale significationis aliquantum immutatae ductum est δίχα. Id eo semper a δις est disjunctum, quod illud separationem et disjunctionem, hoc connexionem et multiplicationem significat. Praeterea δίχα saepissime praepositionis obtinet vim et locum et tum cum genitivo conjungitur. Legitur etiam apud Homerum, sed nusquam praepositionis loco usurpatur. Aliae hujus adverbii praeterea reperiuntur formae διχῆ Aesch. Suppl. 528, ubi Hermannus quidem scribet διχῆ (cf. Apollon. Rhod. 4, 289), et διχῶς· διχῶς ἐπράθην ὦν ἐλευθέρου πατρός. Aesch. Choeph. 903. De his adverbii cf. EM. 279, 52: διχῆ· τὸ διχῶς. τὸ αὐτὸ καὶ δίχα, παρὰ τὸ δις ἐπίρρημα διχῆ καὶ δίχα, ὡς τριχῆ καὶ τρίχα. Omnia illa vocabula δίχα, διχῆ, διχῶς communem originem videntur habere ab adjectivo quodam obsoleto δίχος sive διχός, cujus nonnulli casus obliqui paulatim in adverbiorum significationem abierunt (cf. ἀρχήν, μακράν, ὁμοῦ, ἐξῆς, ἀγχοῦ et id genus alia). Ipsum δίχα Buttmanus recte, ni fallor, pro obsoleto nominativo pluralis generis neutrius habendum esse censet neque inepte μάλα, κάρτα cum illo comparat vocabulo. De accentu adverbii διχῆ cf. EM. 440, 6: κανὼν ἐστὶν ὁ λέγων, ὅτι τοῖς εἰς ὡς λήγουσιν ἐπιρρήμασι συνυπάρχει τινὰ εἰς ἡ λήγοντα καὶ ὁμοτονόουσιν αὐτοῖς· οἷον ἄλλως ἄλλῃ, διχῶς διχῆ, οὐδαμῶς οὐδαμῆ. Scriptio per ι ἀνεκφώνητον certe supervacanea est: omnes enim dativos, qui adverbialem habent notionem et pro adverbii usurpantur, sine illo ι scribi solere testatur Buttmanus §. 115, a, adnot. 6. Adverbium διχόθεν significationem separationis conjungit cum notione proficiscendi ex aliquo loco, quae in terminationeθεν continetur: ἐπὶ πᾶσαν γῆδονα ποιμάνοριον ἐλαύνει διχόθεν Aesch. Pers. 77. διχόθεν μισθοφοροῦντες ἀλφίτα. Aristoph. Pax 469. Hesychius: διχόθεν· ἐκ δύο μερῶν. Suidas: διχόθεν· ἀπὸ τῶν δύο μερῶν. —

Apud Homerum praeter *δίχα* reperitur adverbium *διχθά*, interposita litera *θ* et mutato accentu Il. 16, 435. Od. 1, 23. Ad hunc locum adnotat Eustathius: ἔστι δὲ τὸ μὲν *διχθά*, καθά καὶ ἐν Ἰλιάδι τὸ *τριχθά* καὶ *τετραχθά* Δωρικόν· Δωριέων γὰρ ἡ τοῦ *θ* ἐν τούτοις ἐπένθεσις. Idem tria alia comparat hujus epenthesis exempla *μαλακὸς μαλθακός*, *χαμὰλή χθαμὰλή*, et perfectum *πέπονθα* pro *πέποννα* a *πονέω*; sed *πέπονθα*, sicut futurum *πέσομαι*, a stirpe *πένθω* ducendum esse apparet. —

Ad exemplum adverbii *δίχα*, a *δι* ducti, etiam *τρίχα* a *τρίς* ductum apud Homerum legitur Od. 8, 506; 12, 312; 14, 483. *πένταχα* Il. 12, 87. *ἑπταχα* Od. 14, 434, ubi Eustathius: *ἑπταχα* γίνεται ἀπὸ τοῦ *ἑπταχῆ*, ὁμοίως τῷ *διχῇ* *δίχα* καὶ τοῖς ἐξῆς *τέτραχα*, *πένταχα*, *ἑξαχα*. Ipsum *τέραχα* apud Homerum non legitur, sed *τετραχθά* sicut etiam *τριχθά* pro *τρίχα* Il. 2, 668; 3, 363; 15, 189; Od. 9, 71. De accentus mutatione in hujusmodi adverbiiis cf. EM. 768, 32: *τριχθά* τε καὶ *τέτραχθά* διατροπὴν· εἰς τρία καὶ εἰς τέσσαρα. *παρήχθη* ἐκ τοῦ *τρίχα* βαρυτόνου, ὃ σημαίνει τὸ *τριχῶς*. τὰ εἰς *χα* ἐπιρρήματα, ἐπὶ ποσότητος λαμβανόμενα, βαρύνεται. εἰ δὲ εἴη ὑπὲρ δύο συλλαβῆς, προπαροξύνεται· ὅσον *δίχα*, *διάνδιχα*, *τρίχα* καὶ *τέτραχα*· καὶ πλεονασμῷ τοῦ *θ* *τετραχθά* ὀξυτόνως. τὰ εἰς *χα* λίγοντα ἐπιρρήματα, ἔχοντα τὸ *χ* πρὸ τοῦ *θ*, ὀξύνεται. —

Denique duo composita commemoranda sunt adverbia, quae apud Homerum nonnunquam reperiuntur, *ἀνδιχα* et *διάνδιχα*. Hoc semel quoque apud Euripidem legitur Here. fur. 1030. Il. 2, 655 reperitur: *οἱ Πόδον ἀμφιέμενοντο διὰ τριῖχα κοσμηθέντες*, ubi Ruhnkenius, quem Vossius et Wellauerus ad Apollon. Rhod. 2, 997 sequuntur, junctim *διάτριχα* scribendum esse censet. Sed Spitznerus et Wolfius, scholiis non minus, quam Eustathii testimonio nitentes, scribunt *διὰ τριῖχα κοσμηθέντες*, praepositione ad verbum relata. Confirmatur hoc alio Homeri loco Od. 9, 157: *διὰ δὲ τριῖχα κοσμηθέντες*, ubi particula *δε* interposita est, et Eustathii ad h. l. pertinente interpretatione: *διὰ δὲ τριῖχα κοσμηθέντες*· ἤγουν *τριῖχα διαταχθέντες*. Cf. *διὰ τριῖχα ναιετάσσκον* Apollon. 2, 997. Ab adverbio *δίσ* ductum esse videtur adjectivum multiplicativum *διπλοῦς*, nulla enim alia ratione literam *ι* in prima syllaba interpretari possumus nec facile quisquam probaverit etymologiam, quae reperitur EM. p. 278: *διπλοῦς* ἀπὸ συναιρέσεως ἐστὶ τοῦ *διπλόος*· παρὰ τὸ δύο πέλιν δυοπλόος καὶ *διπλόος*, et paulo post: *ἐκ τοῦ δύο καὶ τοῦ πέλιν δυοπέλοος καὶ διπλόος τροπῇ τοῦ υ* εἰς *ι*. Persaepe apud Atticos poetas legitur, quare singulos locos afferre supervacaneum videtur. Apud Homerum reperitur dissoluta forma *διπλόος* Il. 4, 133; 20, 415; praeterea bis acc. fem. sing. *διπλῆν* Il. 10, 134; Od. 19, 226. Altera forma *διπλάσιος* multo rarius usurpatur; legitur apud Euripidem in uno tantummodo Polyidi fragmento, apud Aristophanem Av. 55. Adverbium *διπλασίως*: *διπλασίως μᾶλλον ἄρχει μοι δοκεῖ* Aristoph. Av. 1578, ubi Dindorfius *διπλασίως μᾶλλον* in unum magis significare adnotat. — Pro *διπλῶς* semel apud Sophoclem legitur adverbiascens dativus *διπλῇ* Antig. 721, ubi vulgo legebatur *διπλᾷ*, sed Hermannus, cui assentitur Ellendtius 1, p. 435, reposuit *διπλῇ*, quia *διπλᾷ* ei nove mireque dictum videbatur. Similiter adverbiascit *διπλῇ* apud Euripidem Ion 760.

Adjectiva a numeralibus ducuntur in *δυμος* exeuntia, quorum tamen in sermone consuetum nullum, nisi *δίδυμος*, solet reperiri. Nonnullos mihi liceat locos afferre. *διδύμα διάγοι διαμαρτία* Aesch. Pers. 677, ubi vocalis *α* per Dorismum orta est; verumtamen in antiquioribus legitur editionibus *δίδυμα ἄγοιεν ἀμαρτία*. — *παρὰ δὲ Κυνεῶν πελαγέων διδύμας ἄλως*. Soph. Antig. 952. Hic scholiasta adnotat: *διδύμας* δὲ *ἄλως*, ἢ *διὰ τὸ διαχωρίζεσθαι ἐπ' αὐτῶν τὴν θάλασσαν*, ἢ *διὰ τὸ συνιέναι αὐτὰς καὶ ἐνοῦσθαι διδύμας αὐτὰς φησιν*. Posterior interpretatio prorsus est inepta, quum *διδύμας* pro accusativo nullo modo possit accipi. Rectius Triclinius: *τῆς ἄλως διδύμας καὶ διπλῆς*. εἰς *δίχα* γὰρ αἱ *κύναι* πέτραι τὴν ἐκεῖ θάλασσαν τέμνουσιν. ἢ *διότι αἱ πέτραι δύο*, καὶ ἡ θάλασσα *διδύμη* ἐστὶ. Cf. Ellendt.

1, p. 426. Nuper Schneidewinus scripsit *Κρανῆαν πελαγίων διδύμων πετρῶν*. — *πύργος ἀνέστα διδύμων ποταμῶν* Eur. Phœn. 832, ubi Valkenaerius recte conjungit *πύργος διδύμων ποταμῶν* de urbe ipsa Thebarum, quae πόλις διπότημος dicta est Eur. Suppl. 621. Eum secuti sunt Matthiae et Bothius; hic interpretatur: turris duobus fluviiis h. e. Ismeni et Dircae aquis adjacens. — οἶδε χέρας δισημοῖς διδύμοις συντρεισθέντες Eur. Iph. Taur. 441, ubi Seidlerus Aldi lectionem διδύμοις retinuit, nec tamen improbat Marklandi lectionem διδυμοι, Musgravius quoque probatam. — διδυμον ἀγέρορον ἔχον Aristoph. Lysistr. 1281, ubi nonnulli scribunt διδυμον ἀγε χορόν. Cf. schol. — διδυμος in universum significatione a δύο sive διπλοῦς non abhorret, id quod praecipue ex Aesch. Pers. 677 et Choeph. 779 apparet: διδυμα γὰρ καὶ τριπλᾶ παλίμποινα ἀμείρει, ubi jam ob concinnitatem expectandum erat adjectivum διπλᾶ. Terminatio δυμος secundum Lobeck. proleg. pathol. p. 165 et ipsa e δύο exorta est (cf. τριδυμος, ἐπιδυμος cum latino tergeminus, septemgeminus), ita ut in adjectivo διδυμος numeri binarii notio dupliciter contineatur. EM. 272, 35: παρὰ τὸ δύο δύμος καὶ ἐν διπλασιασμῷ διδυμος. τὸ δὲ δύο ἀριθμοῦ σημαντικόν. Quod nos dicimus Zwillinge, Homerus paragogica forma διδυμῶν denotat; sed adjectivum Homericum ἀμφιδυμος Od. 4, 847 non a δύο, sed a verbo δύω i. q. intro ductum est, quare Eustath: δηλοῖ δὲ τοὺς οἷον διδυμούςς τιμῆας διὰ τὸ ἐξ ἑκατέρου μέρους ἔχειν εἰσδύσεις. —

Eodem modo, atque διδυμος, usurpatur a tragicis adjectivum δισσός, quod ex adverbio δῖς ortum est, nihilque aliud denotat, quam δύο et ἀμφω (cf. λῖς adjectivum in epicorum carminibus satis frequens et λισσός); apud Aristophanem et Homerum non reperitur. Adverbium δισσῶς semel legitur apud Euripidem: ὦ τάλας, δισσῶς ἀντὶ Phœn. 1347, ubi scholiasta: τὸ ὦ τάλας δεύτερον βοῶ, et alius interpres: καὶ δῖς τὸ αὐτὸ βοῶ διὰ τὸ μεγάλα φέρειν κακία.

Ab ipso vocabulo δύο ducitur numerale substantivum δυνάς, cujus in EM. p. 289 complures prorsus ineptae commemorantur etymologiae. Substantivum compositum ξυνδυνάς adjectivo sensu positum est Eur. Alcest. 488: εἴη μοι κύρσαι ξυνδυνάδος φίλης ἐλόχον.

Ab ordinali δεύτερος verbum δευτεριάζειν: ὅταν παραδῶ σοι δευτεριάζειν Aristoph. Eccles. 634. Suidas: τὸ ὑστερον διαπραττεσθαι. Brunckius interpretatur: δευτεριάζειν secundas partes agere. Metaphora a scena sumpta.

Ab adjectivo multiplicativo διπλοῦς ducitur διπλοῖζω et per contractionem frequentissimam διπλοῖζω, bis apud Aeschylum. χαίρετε, χαίρετε δ' αὐτ', ἐπιδιπλοῖζω. Eumen. 996, ubi non habet simplicem duplicandi notionem, sed multo magis vertendum esse videtur: identidem, iterum atque iterum valere vos jubeo. φθόρος ἄχθος διπλοῖζει. Agam. 802. Pro διπλοῖζω apud Aeschylum Stanleyus formae διπλάζειν velificatur, cf. Lob. Phryn. p. 616. Legitur διπλάζειν: τό τοι διπλάζον μείζον κακόν Soph. Aj. 268, ubi Lobeckius: „Antiatheista Anecd. p. 89: διπλάσαι τὸ διπλασιάζειν Ἄλκιος, transitive puto pro duplicare. Sed hoc loco neutrale videtur.“ Passive legitur Eur. Suppl. 781. Ex Aeschyli nescio quo loco Lobeckius l. c. praeterea affert verbum ἐπαναδιπλάζω. — διπλαῖς bis apud Homerum adjectivum reperitur, eodem fere sensu atque διπυχός Il. 23, 243; 253. Aliis locis substantive positum est Il. 3, 126; 22, 441. Od. 19, 241. Cf. Apollon. 1, 326; 722. EM. 278, 48: διπλαῖα σημαίνει δὲ διπλοῖδα, διπλοῦν ἡμάτιον, ὃ ἐστὶ χλανίδα διπυχόν, διπλῆν, ἣ εὐθεῖα διπλαῖ, ἐκ τοῦ διπλοῦς διπλαῖ, ὡς ἐκ τοῦ λίθος λίθαῖ, τοῦτο ἐκ τοῦ διπλός. Semel apud Aeschylum reperitur de navium trabibus usurpatum: πλαγκτοῖς ἐν διπλάχεσσιν Pers. 272. Sed etiam hoc loco haud scio an Hermannus recte opinetur διπλάχας amplas Persarum vestes dici, quae in mari nantibus mortuis late expansae huc illuc fere-

bantur. — ἡμιδιπλοῦδιον apud Aristophanem legitur Eccles. 318: τὸ τῆς γυναικὸς ἡμιδιπλοῦδιον. Scholiasta interpretatur: τὸ γυναικεῖον ἡμίτιον ἢ ἀναβόλαιον γυναικῶν. Eadem habent Hesychius, Suidas et Pollux 7, 13.

Ab homerica forma δοῦν, δοιοί duci solet δοάσαστο, septies in Odyssea, ter in Iliade, et futurum δοάσεται Il. 23, 339 (δοάσαι Apollon. 3, 955). EM. 281, 30: παρὰ τὸ δοῖός δοιάζω, ὃ μέλλων δοιάσω, ἐδοιάσάμην, ἐδοιάσατο. καὶ πλεονασμῷ τῷ σ Αἰολικῶς ἐδοιάσαστο καὶ ἀποβολῇ τοῦ ι ἐδοάσαστο. ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ δοκῶ δοκάζω δοκάσαστο ἀποβολῇ τοῦ κ. Hanc posteriorem originationem multo rectius se habere, jam Buttmannus Lexil. II., p. 100 demonstravit. Sed fortasse δοάσαστο a stirpe δάω, δαῖναι deducendum est. Re vera a δοῖός ducta sunt verba δοιάζω et ἐπιδοιάζω, quae tamen apud Homerum non reperiuntur (Apollon. 3, 21; 819). —

Ab adverbio διχθὰ ducitur adjectivum διχθαδῖος: διχθαδίας Κῆρας Il. 9, 411 (h. e. δύο μοῖρας EM. 279, 55). δαΐζόμενος κατὰ θυμὸν διχθαδί' Il. 14, 21, ubi adverbialiter positum est pro simplici διχθὰ. (διχθαδῖην πόρφυρε μενοινῆν Apollon. 3, 397). — Verbum διχάω reperitur Apollon. 4, 616. —

§. 3.

A numerali τρεῖς ductum est τρίτος EM. 308, 39: παρὰ τὸ τρία τρίματος καὶ τρίτος. Sed potius terminatio τος, non ατος ad stirpem τρι affixa esse videtur. εἰς τρίτην μοῖαν μὴνός ἔρχεται κακόν Eur. Alcest 332. Moeris p. 152: εἰς τρίτην ἡμέραν Ἀττιζῶς. εἰς τρίτην καὶ ξαντὸ μόνον Ἑλληνικῶς. Verum utramque dicendi rationem Atticis in usu fuisse affirmant et Piersonus ad Moer. l. c. et Monkius ad Eur. l. c. σωτηρίαν σοὶ τῷδὲ τ' ἐκ τρίτων ἐμοί Eur. Orest. 1176. In editione Aldina et quibusdam libris manuscriptis exhibetur τῷδὲ τ' ἐκ τρίτου τ' ἐμοί. Hanc scripturam recepit Beckius. Canterus habet τῷδὲ τε τρίτον τ' ἐμοί, ubi τρίτον adverbii loco est positum. Porsonus ex uno codice recepit pluralem τρίτων, quippe qui elegantior sit. — ἤξει παρ' ἡμῶν τὰ τριτ' ἐπισκευασμένα Aristoph. Lysistr. 613. Hoc loco correxit Reiskius τὰ θρία, comice atque plebeje pro ἐντάρια amictus feralis. Sed Berglerus et Dindorfius defendunt scripturam τὰ τρία: secundum Wolfium enim (analect IV., 551) τὰ τρία sunt inferiae tertio a sepultura die inferri solitae, ut ἔνατα, quae nono inferebantur die. — Paragogica forma τρίματος apud Homerum satis frequenter invenitur, et EM. 425, 42 cum μέσος μέματος, 685, 1 cum μυχός μύματος, ἑβδομος ἐβδόματος comparatur. Apud Atticos non legitur, excepto uno Euripidis loco Hippol. 135. Apud Aristophanem Thesm. 632: τί δὲ τὸ τρίτον; Personus mavult τί δὲ τρίτατον; Quum vero haec forma alioquin apud Aristophanem non inveniatur, valde dubito, num emendatio illa recte se habeat.

τριπλοῦς nonnunquam reperitur apud Aeschylum et Sophoclem, apud Euripidem et Aristophanem, quantum memini, non item. Sed ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου Aristoph. Acharn. 88, ubi τριπλάσιος ex comparativorum analogia cum genitivo est conjunctum. Similiter αὐτός δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας Aristoph. Equit 715.

Adjectivum τρισσός a τρίς τρεῖς eodem modo ductum est, atque a δις δισσός. Apud Homerum non legitur. — Ab eadem stirpe per paragogen ducitur τρίαίνα: Λερναίᾳ τε δώσειν τρίαίνα Eur. Phoen. 195, ubi scholia a Valkenaerio e codice Augustano suppleta sic interpretantur: τρίαίνα ἐστὶ τὸ δόρυ, οὗ τὸ ἐν σιδηρὸν ὀρθόν, τὸ δὲ ἕτερον στρεβλόν· ἐνταῦθα δὲ τόπας Ἀργεῶν, ἐνθα τὴν τρίαίναν ἐπήρξεν ὁ Ποσειδῶν. Hesychius: τρίαίνα· δόρυ τρεῖς ἔχον ἀκμᾶς. Inde ducitur adjectivum χονσοτρίαίνος cognomen Neptuni Aristoph. Equit. 557 et verbum τρίαίνω Eur. Bacch. 348. Aristoph. Pax 562. Suidas: τρίαίνα· ἢ κάμαξ. καὶ τρίαίνουιν τιντέσσι τῇ τρίαίνῃ ἰζόμενα σκάνπτειν καὶ

ἐπισύρειν τὰς βόλους ἐπὶ τῷ κατακρούπειν τὰ σπέρματα. Brunckius ad Ar. I. c.: „τρι-
αινοῦν est terram vertere et ἄνω κάτω ποιεῖν.“ Compositum συντριαινοῦν πόλιν legitur
Eur. Herc. fur. 946. — Idem, quod τρίαίνα, est θρίναξ Aristoph. Pax 559. Scholiasta qui-
dem et Suidas nihil aliud θρίναξ esse dicunt, quam πτόον ventilabrum. Cf. Pollux 10, 29.
Sed Hesychius: θρίναξ πτόον σίτον ἢ τρίαίνα. EM. 456, 5: θρίναξ σημαίνει τριανοσιδὲς ἐργαλεῖον
ἐργατικόν. παρὰ τὸ τρία τρίναξ καὶ θρίναξ. Cohæreret videtur cum ἀκμή, unde Sicilia Θρινακία est
dicta. Eustath. p. 421, 36: ἐπεὶ τρία ἔχει ἄκρα, ὅ ἐστιν ἀκρωτήρια Πέλωρον, Πάχυνον, Λιλόβατον. καὶ ἴδει μὲν
Τρινακρίαν γράφεσθαι, διὰ δὲ τὸ εὐφωνότερον οὕτως ὠνόμασται. Cf. EM. 456, 8. — Etiam substantivum τὸ
θρίον a τοῖς τρία nomen dicitur traxisse propter tria foliorum ficulneorum segmenta: Aristoph.
Ran. 134. Eccles. 707. Vesp. 1312. — Verbum τριάζω de pugilibus usurpatur, qui ad-
versarios ter humi prosternunt; hoc cum verbo arte conjunctum est θρίαμβος et τριακτῆρ,
quod in universum victorem significat: τριακτῆρος οἰχεται τυχών. Aesch. Agam. 160. —

Ab ordinali τρίτος ducitur τριταῖος: τριταῖαν ἡμέραν Eur. Hippol. 275. τριταῖον φέγ-
γος Eur. Hecub. 32, ubi scholiasta adnotat: ἔστιν οὖν ἄλλο τρίτον καὶ ἄλλο τριταῖον·
ἐνταῦθα δὲ τὸ τριταῖον ἀντὶ τοῦ τρίτον λέγεται. Alioquin hæc ordinalia in αἶος exeuntia
non usurpantur, nisi significatione temporali; sic τριταῖος significat aut quod per intervallum
trium dierum sit aut quod trium dierum habet aetatem. τριταῖαν καρύσσουσιν θυσίαν Ἀρ-
γεῖοι Eur. Electr. 172. περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἐχθόδια τριταῖα Aristoph. Νῆσοι fr. 1. — Propter di-
plasmum literae τ, qui tamen interdum omittitur, mentionem faciam vocis τριτῦς, quam
scholiasta ad Ar. Plut. 819 affert (ἐντελής θυσία, ἥ ἐκ χοίρου καὶ κριοῦ καὶ τράγον).
Cf. Suid. s. v. τριτῦς. Apud Hesychium reperitur forma τριτύς. Hoc vocabulum identidem
commemorat Eustathius: τριτῦς, ὃ ἐστὶ τριῶν ζώων θυσία. —

τριπλάξ, adjective cum subst. ἄντηξ conjunctum, legitur Hom. Il. 18, 480.

§. 4.

τέτταρες haud dubie cum latino quatuor arcte cohaeret. Literae enim tenues π et τ
nonnunquam in latino sermone in q commutantur, velut querquerus a graeco verbo καρχαίρω,
equus a ἵππος: sic etiam quatuor non recta via a τέσσαρες profectum, verum ab Aeolica
quadam forma a litera π incipiente ductum esse videtur. Reperitur hæc forma πίσυρες bis
in Homeri carminibus Od. 5, 70; 16, 249, et accusativus πίσυρας Od. 22, 111; Il. 15,
680; 23, 171; 24, 233. Affert hanc formam EM. 673, 33: πίσυρες ἀντὶ τοῦ τέσσαρες. κατὰ τὴν
κοινωνίαν τοῦ τ πρὸς τὸ π, καὶ τοῦ ε πρὸς τὸ ι, καὶ τοῦ α πρὸς τὸ υ· οὖν τέσσαρες καὶ πίσυρες. Effecerunt formae
πίσυρες, πέσυρες et πέσσυρες, ut grammaticis hujus vocabuli cognatio cum πεσσός veniret in
mentem (cf. tessera). — πέντε, apud Aeoles πέμπε, unde latinum quinque profectum est. —
ἕξ sex. De spiritu aspero in latino sermone per literam σ compensato cf. Priscian. 1, 7,
42; 9, 1, 6. — ἐπτά septem. EM. 368, 5: ἐπτά ἀπὸ τοῦ ἐπιέναι τῷ δεκάτῳ ἀριθμῷ. οὕτω Σέλευκος. —
ὀκτώ octo. — ἐννέα novem. EM. 343, 13: ἐννέα ἀπὸ τοῦ ἐνδεῖν εἰς τὸν δέκατον ἀριθμόν. ἢ παρὰ τὸ νέα
καὶ τὸ ἐν. — δέκα decem. Hujus vocabuli, quae vulgo fertur, cognatio cum verbo δέχομαι, δέχομαι
procul dubio a philosophis ficta est; significatio enim non magis ab illo verbo apta est, quam
ἐπιτά a ἐπομαι et id genus alia.

ἑνδεκα et δωδεκα non principales sunt formae, sed, ut Lobeckius ad Phryn. p. 414 recte
affirmat, crebro et necessario usu velut attritae in hanc compendiarium formam abierunt.
Lobeckius l. c. comparat latina vocabula duumviri, triumviri, et in Graecis quoque formis ge-
nitivum, a quo omnia syntheta inducuntur, latere dicit. Sed verisimilius videtur, ἑνδεκα potius

ex εἰςδεκα, ἑνδεκα per quandam assimilationem esse exortum, eodemque modo δωδεκα per correptam pronuntiationem e principali atque nativa forma δουδεκα. In EM. 294, 25 δωδεκατος per crasin litterarum *v* et *o* in *ω* exortum esse docetur, ejusmodi vero craseos exempla prorsus sunt inaudita. Apud Homerum praeter numerale δωδεκα duas formas reperiri notissimum est δουδεκα et δυοκαδεκα. — τριεκαδεκα tredecim. Lobeckius ad Phryn. p. 408 e Pollucis Onomastico affert locum, unde intelligi necesse est, Onomatologum numeros flexibiles sub diversis accentibus, indeclinabiles et loquelares sub uno scribi voluisse, ita ut aut scribendum sit τριεκαδεκα aut τρεῖς καὶ δέκα. Illam confirmat opinionem summa exemplorum copia, ubi τριεκαδεκα prorsus est indeclinabile. Hanc ob causam pro neutro τριακαδεκα Aristoph. Plut. 194 Brunckius reposuit τρία καὶ δέκα eumque secutus est Invernizzius; sic quoque τρία καὶ δέκα ἐστὶ Aristoph. Pax 955. Quare haud scio an etiam Plut. 846 scribendum sit τρία καὶ δέκα. Apud Homerum legitur τριεκαδεκα Il. 5, 387 et Od. 24, 340. Eustathius scriptioni per diphthongum *ει* velificari videtur. De compositionis ratione disputatur EM. 767, 12. — ἐκκαδεκα sedecim. Scholiasta ad Ar. Plut. 195 eos, qui ἐκκαδεκα scribendum esse censent, hoc modo refellit: οἱ γράφοντες ἐκκαδεκα καὶ ψάσκοντες οὕτω κάλλιον γράφειν, ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐξ πρόθεσις, ἵνα συμφώνου ἐπαγομένου ἐκ γένηται, οὐ καλῶς οἶμαι λέγουσι· καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ ἑκτου καὶ τοῦ ἐκτὸς καὶ ἀπὸ τοῦ ἐκτικτοῦ λεγομένου πυρετοῦ. οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇ προθέσει τὸ εἰ τρέπεται, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις. Certe ἐκκαδεκα falsa est scriptio: aut ἐκκαδεκα, aut εἰς καὶ δέκα scribendum est, quod propter celerem pronuntiationem fortasse ita coartabatur, ut audientium nemo posset discernere, utrum sub uno accentu scriptum esset necne. V. Lobeck. ad Phryn. p. 410. — ἐπτακαδεκα apud Homerum ter legitur separatim scriptum et particula δέ interposita Od. 5, 278; 7, 267; 24, 63. Eustathius p. 225, 32 (ed. Bas.) ἐπταδεκαδεκα sub uno accentu scribit et δέ metri causa pro δὴ positum esse dicit, quae sane inepta est interpretatio. — ἐννεακαδεκα apud Homerum semel invenitur Il. 24, 496, ubi Spitznerus quoque pervulgatam esse adnotat grammaticorum controversiam de ejus modi numeralibus aut conflandis aut separandis. — εἴκοσι viginti. *ν* ἐφελκυστικόν ad hanc formam non solum affigi constat ad evitandum hiatum, verum etiam productionis causa ante consonas. Ante vocales usurpatur εἴκοσ', vocali *i* per apostrophum elisa. Quamobrem in fragmento septimo deperditae Aristophanis comoediae Προαγών pro οἶκαδ' ἀπολογίζεται Casaubonus ex codicibus recte restituit εἴκοσ' ἀπολογίζεται. Apud Homerum invenitur εἴκοσι et εἴκοσ', sed εἴκοσιν neque ante vocales neque ante consonas me apud eum legisse recorder. Praeterea Homerus forma εἴκοσι utitur per prothesin literae *ε* sive per epicam diectasin, ut εἴς, εἰλδομαι, εἴρη et ejus generis alia; ante vocales εἴκοσιν. Cf. EM. 317, 40; 614, 40. Eustathius quidem ad Od. 1, 280 minus accurate adnotat: ὅτι δὲ καὶ εἴκοσι δέκα τοῦ ν λέγεται καὶ εἴκοσιν μετὰ τοῦ ν, ὡς καὶ πέρσι περσιν. Homerus enim ante consonas habet εἴκοσι et εἴκοσι, ante vocales aut εἴκοσ', aut εἴκοσιν.

E magno formarum, quae ab his numeralibus ducta sunt, numero nonnullas commemorasse sufficiat. ἑβδομος et ὄγδοος omni analogia inter cetera numeralia carent. EM. 308, 37: ἑβδομος· ἀπὸ τοῦ ἐπτά ἑπτομος καὶ ἑβδομος κατὰ ἐναλλαγὴν τῶν στοιχείων, ὡς καὶ παρὰ τὸ ὀκτώ ὀκτομος καὶ ὄγδοος. Apud Homerum ter legitur ἑβδομάτος (Od. 10, 80; 14, 252; Il. 7, 248), quam nativam esse formam ex eaque per syncopen ἑβδομος ductum esse in EM. l. c. docetur. Sed terminatio *ατος* potius inter paragogas referenda esse videtur. Vocabulum ὄγδοος commemoratur EM. 613, 30; ὄγδοατος apud Homerum ter reperitur Od. 4, 82; 19, 246; 3, 306, ad quem locum cf. Eustathius: τὸ δὲ ὄγδοατον παραγωγὴν ἔπαθεν, ὅποیان τὸ τρίτατος, τέτατος, ἑβδομάτος. Sed τέτατος sine dubio per metathesin exortum est. — Numeralia ἑβδομήκοντα et ὄγδοήκοντα ab his ordinalibus ducta sunt: apud Homerum Il. 2, 568; 652 bis legitur ὄγδωκοντα, ubi *οη* eadem ratione in *ω* contractum

est, atque in futuro βῶσομαι pro βοήσομαι; βωθήσαι, quod Herodotus usurpat pro βοηθήσαι etc. — A numerali ἐννέα per affixam terminationem *κοντα* primum ductum esse videtur ἐννεάκοντα, deinde per τροπήν literae *α* in *η* ἐννεήκοντα. In communi vero sermone usitatissimum est ἐνενήκοντα, per metathesin literae *ν* exortum. Eandem originationem affert EM. 308, 51. Apud Sophoclem numerale ἐνενήκοντα olim in deperdita quadam fabula lectum esse, primus Ellendtius (lex. Soph. 1, p. 604) e Scholiis Venetis conclusit; apud Homerum semel reperitur Il. 2, 602. Sed Od. 19, 174 legitur: καὶ ἐννῆκοντα πόλῃες, quam formam Barnesius et post eum Thierschius etiam Il. 2, 602 restituendam esse censuerunt. Sed Spitznerus, codicum, Etymologici Magni et Etymologici Gudiani auctoritate nisus, Iliadis loco allato ἐνενήκοντα servandum esse intellexit. Eandem scripturam apud Xenophontem Anab. 1, 5, 5 Lion et post eum Poppo pro ἐνενήκοντα induxerunt. Ordinale ἑνατος per simplex *ν* scribitur. EM. 343, 14: ἐκ τοῦ ἐννέα διὰ δύο νν ἑνατος δι' ἐνός ν. ψιλοῦται· τὸ εὖ πρὸ τοῦ ἐνός ν ψιλοῦσθαι θέλει. Nec tamen prorsus firma solet esse codicum scriptura: Soph. Electr. 697 complures libri manuscripti exhibent ἑνατος. Apud Homerum bis reperitur ἐνάτη Il. 2, 313; 327; bis εἵνατος Il. 2, 295; 8, 266, quod ex Etymologici Magni auctoritate e Siculorum dialecto desumptum est. Cf. adverbium εἰνάκις Hom. Od. 14, 230. — A δεκάκις compositum ridiculum ductum est πολλοδεκάκις Aristoph. Pax 243, ubi nonnulli editores minus recte πολλοδεκάκις scribendum esse censuerunt. Lobeckius ad Phryn. p. 663: „adjectiva definiti numeri communem in compositione rationem sequuntur: χίλιοπλάσιος, μυριοπλάσιος, quo etiam ludicrum illud πολλοδεκάκις inclinatur.“ Etiam Kusterus in Suidae editione s. v. Πρασιαὶ scribit πολλοδεκάκις. Sed apud Aristophanem Equit. 70 reperitur ὀκταπλάσιος: πατούμενοι ὀκταπλάσια χέζομεν per vocalem connexivam *α*. Suidas: ὀκταπλάσιον χέζομεν ἀντὶ τοῦ πολλοπλάσιον.

Restat denique, ut substantiva quaedam a numeralibus ducta afferam. τετράς: πέμπτη, τετράς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα Aristoph. Nub. 1115, ubi codices falsam exhibent scripturam τέρας. τετράς primum significat quaternionem, deinde quartum diem, quartam lunam. Cf. πλακοῦντος τοῦ 'ν τετραδί πεπεμμένου Aristoph. Plut. 1126: placenta quarto mensis cujusque die coctae. — Verbum τετραχίζειν, ab adverbio τέτραχα sive τετραχῇ ductum, legitur Aristoph. incert. fabul. fragm. Nr. 264. Hesychius τετραχίζειν· τὸ ἐπὶ τετάρτῳ μέρει ποιεῖν τι. Idem habet EM. 754, 34. Pollux 7, 152: τὸ δ' ἐπὶ τετάρτῳ μέρει νέμεσθαι τετραχίζειν (Kühnius: possidere agrum ea conditione, ut quartam partem frugum perceptarum pendas).

Ab ordinali πέμπτος ducitur πεμπταῖος: τὸν δὲ προκρίσθαι πεμπταῖον. Aristoph. Av. 174 (Dindorfius: per quinque dies). πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον ἐκόμειθα Hom. Od. 14, 257 (quinto die). — πεμπάζειν, cujus nativa est significatio: numerare usque ad numerum quintum, quinque res numerare. Plerumque vero notio hujus verbi multo latius patet et πεμπάζω in universum de numerando usurpatur, velut Aesch. Eumen. 740. Hom. Od. 4, 412, ubi Eustathius: ὅτι δὲ ταῦτόν πεμπάζειν καὶ ἀριθμεῖν, ὅγλοι καὶ ὁ ποιητὴς εἰπὼν ἀριθμήσει, εἴτα ἐπαγαγὼν τὸ πεμπάσεται. Quae in EM. 660, 3 hujus vocabuli originationis affertur a πέμπω non recte se habet. Nomen verbale πεμπαστής tanquam participium cum accusativo conjunctum est Aesch. Pers. 953: Ἀλπίστον μυρία, μυρία πεμπαστῶν Alpistum, myriadum omnium numeratorem i. e. ducem, imperatorem. —

Ab ordinali ἑκτος ductum est ἑκτεὺς sextarius Aristoph. Eccles. 547, ubi pro ἑκτέα unus codex exhibet ἑκτέον, quam inusitatam formam esse Brunckius probavit. ἡμεκτέον Aristoph. Nub. 633, 635. Suidas: παρατηρητέον δὲ, ὅτι διὰ τοῦ ε δαί γράφειν ἡμεκτέον, οὐ κατὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν διὰ διφθόγγου ἡμεκταίου. Cf. Poll. 6, 160. Apud Hesychium legitur ἡμεκτεον, quod non a ἑκτεὺς, sed a ἑκτον profectum est (cf. EM. 325, 27).

δεκατεύειν, unde ἀδεκατεύτος: ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱσράς κοιλίας Aristoph. Equit. 301. Suidas: τὰ ἐκ τῶν πολεμίων ληφθέντα ἐδεκατεύοντο θεοῖς· διὸ κυρίως δεκατεύσαι τὸ καθιερώσαι; et alio loco: τὰς δεκάτας τῶν κοιλῶν τῶν θυομένων ἐδίδοσαν τὴν δεκάτην μοῖραν ἐν τῇ Πρωτανείῳ (Kusterus: decima pars eorum, quae diis immolabantur, Prytanibus dari solebat). Hesychius: δεκατεύειν· τελωνεῖν, δεκάτην εἰσπράττεσθαι. Hac significatione usurpatum est Aristoph. Polyid. fr. 4: ἄλλοι μὲν λείπει ἢ δεκατεύεις; Cf. Poll. 9. 31.

Substantiva in ας exeuntia ducuntur a δέκα δεκάς; ab εἴκοσι εἰκάς. σελήνη ἄγουσα εἰκάδας Aristoph. Nub. 17. ubi supplendum est ἡμέρας. λαμπάδα θεωρῶν εἰκάδων Eur. Ion 1076. ubi ex Johannis Brodaeii interpretatione εἰκάδες mysteria Baccho et Cereri communia significant, quae vicesimo quoque Augusti mensis die celebrabant Athenienses. — τριακάς Aesch. Pers. 334. ubi syllaba οὐτ eadem ratione omittitur, atque in μυριοντάκας, μυριόνταρχος praeter necessitatem interponitur. Nunquam haec substantiva adjective usurpantur: φρόσις μυριάς ἀνδρῶν Aesch. Pers. 907. μυριάδας τε πόλεις ἐκένωνσεν Eur. Rhes. 913. Cf. Lobeckii proleg. pathol. p. 441 et adnot. 7, ubi adjectiva γυμνάς, ἐργαζάς etc. cum his numeralibus comparantur.

H. Ebert.